Lux ter noua fuit prædicti candida mensis

Cum Catte officium: cumq; puella subis.
Hic cytharam: uiridem laurũ fert Lydia iudex
O capite: & manibus munera digna tuis.
Hic aderat prætor multorum astante caterua
Et tu Nicoleos cõnumeratus eras.
D as digitis tu Catte lyram: dat serta capillis
Lydia dat præses oscula mille uiro.
D ant mille amplexus ciues: dant basia mille:
Lætãtur Patauí mœnia tota lans.
Q uid plura? hic sbito nou9 ẽ & maxius orphe9
Nicoleos cythara pulcher Apollo sua.
V t primum est uates cinctus uiridante corona
Sic mouit tali dulcia plectra sono.
S i uellem o prætor stirpem decorare tuorum
Splendet ut in Venetis una ptupago locis.
V t sola est patriæ clarissima gloria. primũ
Vt tenet hæc prima nobilitate genus.
V irtutesq; tuas si uellem carmine nostro
Cantare: atq; animi grandia facta tui.
V t coleris cunctis: ut te uenerantur euntem
Haud aliter. Romæ q̃ Catto summus erat.
D otibus innumeris ut te natura creauit
Humanum iuncta cum grauitate uirutu.
V t bonus: ut iustus: sincæro ut corde fidelis
Diceris ut uenetæ firma columna rei.
S iq; tuos uellem fasces numerare: quot altos
Cœpens a patria tempus in omne tua.
V t sancti poteris iam curam acquirere Marci
Fit princeps numero cuius in urbe nouem.

E fficiere tuis ut dux uirtutibus amplis
  Vt fuerit cunctis te duce cana fides.
V t noua Saturni duce te cantabitur ætas
  Aurea tunc populis mox rediisse tuis.
V t uenies tandem tanto sublimis honore
  Augustus quanto culmine Cæsar erat.
O mnia si prætor uellem hæc numerare: canenti
  Deficeret: quis ferrea lingua mihi.
E t Phœbus decies sua lumina clara negaret:
  Noctiuagos totidem luna negaret equos.
N ec possem Catto properanti & iura puellæ
  Reddere: quæ subito sunt celeranda gradu.
H ic uiuit sine corde miser: sed uiuere amantes
  Et sine corde queunt lege Cupido tua.
M i parcas igitur prætor iustissime: laudes
  Si non præsenti tempore Canto tuas.
M axima magna petũt spatia: & breuitate referri
  Non possunt. nimis est lux breuis ista mihi.

¶ Traditio scriptorum iudici.

H is dictis subito dedere partes
  Q uæ in causa penitus fuere factæ
  Consultor manibus tuis tabellas.

¶ Studet consultor.

V t primũ has habuit: pluteo se clausit: & omnes
  Incœpit leges uoluere corde pio.

¶ Productio consilii tabulario facta.

S anguine Nicoleos Barsono luce suprema
  Huius consultor fertur ut ante datus.
Q ua cunctis tu iura dabas iustissime prætor

Prima hora: hoc scriptum consiliumq; tulit.
Signatum cera: & clausum: lis dicitur inter
Te Catte: & uultus Lydia docta tuos.

¶ Consilium productum fuisse tabularius Catto denuntiat.

Vt primum digitis meis recepi
Scriptum consilium, fuit Rauennas
Certus quod dederat peritus ille
Consultor mihi: faceretq; certam
Quæ est contraria: Lydiam puellam.

¶ Relatio citationis factæ Lydiæ ad uidendum aperiri publicariq; consilium.

Hæc eadem fuerat lux candida: rettulit Arphus
Nomine Lydiolam Catte citasse tuo.
Scilicet ut prima sit præsens iuris in hora
Audiat & coram præside consilium.

¶ Petunt partes consilium publicari.

Venerat Aprilis lux quæ manet ante secūdam
Prætori Cattus cum dedit ista miser.
Hoc cape cōsilium: reserā: lege & omnia coram
Cumq; tuo sceptro quod iubet istud agas.
Dixit & hæc præsens uirgo dabat auribus: & tūc
Sic legi iussu præsidis illud ego.

¶ Consilium sapientis publicatum.

Nomine diue tuo matris Venerisq; Cupido
Imperio quorum subiacet omnis amans.
In causa quæ inter binos agitatur amantes

Est actor Cattus: Lydia docta rea.
Hic sua corda petit tanq̄ data cō moda: q.q;
Hæc det cor posita: conditione suum.
Illa negans dicit tali donauit ut ipsam
Corde: suum & nulla tradere sorte refert.
Visis in causa descriptis omnibus: & quæ
Plurima narrauit fœmina uirq; simul.
Viso quem misit Cattus pro munere rhythmo
Et quæ produxit Lydia multa prius.
Quas contra donum allegas tu legibus actor
Visis: & testes quæq; tulere duo.
Et uisa causa mature deniq; tota
Quæ facta his tabulis parte ab utraq; fuit.
ET SANCTI & sanctæ repetito noīe matris
Quæ nobis faueant numina magna precor.
Nicoleos iuris Barisono sanguine doctor
Consultor duplici nomine lectus ego.
Consulo magnifici partes hac præsidis esse
In causa: ut tali proferat ille modo.
Scilicet ut Catti teneat cor Lydia secum:
Det proprium Catto culta puella suum:
Lydia cum Catto uiuat: sit Cattus in illa
Ducant unanimes uitaq; morsq; duos.
¶ Prætoris pronuntia iuxta consilium.
Protinus hoc iuxta iacet ut pronuntiat altus
Prætor: & hoc inquit iustius esse nihil.
¶ Laudat Cattus: sed appellat Lydia.
Laudauit Cattus: sed Lydia protinus inquit
In parte: accepto quæ fauet ipsa mihi.

A staliis: ad te Veneris puer alme Cupido
Appello uiua uoce puella tulit.

¶ Appellationis admissio.

Q ui si & inquantum super hæc relata
Prætor admisit Patauii benignus
Iura quo possint tibi nulla deesse
Lydia pulchra.

¶ TESTES.

P artibus ut supra coram ipsis ordine lectum
His latum in scriptis consiliumq; fuit.
A ppellat uirgo. iudex admittit: ad ista
Omnia sunt testes docta caterua sequens.
E st Monaldina Franciscus origine primus
Templorum summi regula sancta Iouis.
I lleq; Ioannes uirtute & corpore præstans
Stabat Anchinæ prima colúna domus.
E t coram Antoni Rodulpha stirpe manebas
Q uo gaudet Cæsar: pontificesq; uiro.
B asilius Ludouicus erat: genuere Caballi:
Virtutis iuncta cum probitate decus.
E t Neboletus ibi qui fertur nobilis auceps
Dicitur hic gentis nomen habere suæ.
O socie ætatum cunctarum: omnisq; negoci
Antoni fueras tuq; Brocche pater.
E t Valeri tu testis eras de gente Superchia
O Phœbi geminæ lumen & artis honos.
A tq; Antracinus Ioannes: carmine Naso
Materno cantat quiq; Petrarca sono.
C larus & hic cythara Paulus cantuq; manebat

Eductus Venetis Lamponianus aquis.
Q ui genus a uero: qui a Cæsare suscipit aurum:
Qui tuus est uates Phœbe Camillus erat.
C ui Pritella domus tribuit clarissima nomen
Dicitur in tali uisus adesse loco
T uq; aderas medica ceu natus Apollinis arte
Aldrouandini fama Iacobe laris
L unardo tali qui fertur nomine claro
Sanguine: tu frater cernere Paule simul.
E x Abuccinis tali quoq; nomine dicte
Antoni præsens auribus ista dabas.
E t Ludouicus erat Castella ab origine doctus
Hic decus: & patriæ firma colũna suæ est.
I ngenio Andreone imples qui notuina magno
Laus Artusineæ nobilitatis eras.
B ernardus fuit hic Rubeo de sanguine natus
Virtute & claris nobilitatus auis.
A ndreonus ibi Fabrorum gloria gentis:
Tuq; bone a Portu Iustiniane comes.
N icoleos fuit hoc numero: qui fertur & idem
Tessalicus logica doctus in arte puer.
T e quoq; Alexander Bradiole audire benignis
Auribus: & tali uidimus esse foro.
E t cui Aristoteles artem: cui nomina præbet
Bartholus & clarum stirps Barisona genus.
H ic Statius Rasponus erat: quo Cæsaris alti
Stant iura: ingenio uir peramande tuo.
E stq; Artusinea Franciscus origine: iuris
Cæsarei: & patrii spes nimis alta soli.

Q ui tutus est aderat Romana Fauentia ciuis:
Hic notat egregia publica facta manu.
G rossaq; progenies Tabularius ordine Petrus:
Sed non cognomen uenit ab ingenio.
H ic & Anastasi fueras Coelina propago:
A sociis: o uir non abigende tuis.
B aldasar a portu: spretusq; Hieronymus ille
Q ui bene cum graecis mixta latina tenet.
E t Menghinus erat qui uoce uocatur eadem
Et tu Strigono sanguine Petre thoma
I oannes baptista etiam Q uizardus in istis.
M engulus & tali nomine dictus erat.
S tabat & hoc numero Dionysius ille poeta
Vincenti culto tu simul ore Faber.
P rogenie Gaspar petrusq; Abiosius una
Hic aderant. fratres quos genuere duo.
E t lepidus Baptista fuit Cortesius altis
Cantibus: o multi plene poeta loci.
H os genuit claros tris ingeniosa uetusq;
Terra: madet cuius nomine semper equus.
C hrysauae gentis fuit ille Hieronymus olim
Artistae Patauí rector in urbe togae.
A uri Codrus erat pauper: uirtutis at amplae
Diues & ingenii diues & eloquii.
E t quem progenuit tu Carleo docte Cremona
Gloria grammaticis: rhetoribusq; decus.
I lle erat extremus uir grandi corpore Traso,
Sed facit egregium cauda decora bouem.

❡ TABVLARII FIDES.

P ublicus & Michael Placiola tabellio sceptri
In luperatori s iure creatus ego.
O mnibus his præsens a partibus ante rogatus
Ipse fui:& manibus sunt ea scripta meis.
Ecce patent cunctis quæ feci publica: meq;
Subscripsi:signum supposuiq; meum.



¶ Lydius Cattus Rauennas Hieronymo Donato Antonii F. patritio clarissimo Veneto doctori excellentissimo tam graecis q̃ latinis litteris facũdissimo Rauennae urbis praetori iustissimo,

S. D.

SOlebant prisci rerum authores uiri sententia mea prudentissimi doctissime ac integerrime praetor: clarissimum iustitiae lumen: amicũq; eloquentiae decus ac parens: quo imortalitati omnibus ridentis uulgi ludibriis abiectis traderetur quicquid scripsissent: id totum alicui magno patrino: uel summo Caesari dicare: quibus fauẽtibus cuius uis penitus mortalium timebant nec nasum crispantem: nec morsus edaces: uerum eorum tutela edita opera: q̃uis nonnulla: quae semper fuit: inuidia florebant. Ego aũt omne quod in hac legitur iudiciaria causa: nulli etiã maximo: cum non sit meum: id enĩ ut in mea quadã epistola dixi uendicauit Laurodanus: ascribere perfecto possum. Quare dolerem uehementer: editióemq; meam timerem praecipitari: cũ sim praesertim is: qui multum possem a quibuscũq; aliorum adiscere: hisq; omnibus ĩcumbere magis deberem, q̃ aliquid edere legendum mei: si non fa pieti (ut opinor) eaq; necessaria uni cautela uenisset in mentẽ. Si Hieronymo Donato inq̃ hac aetate nostra doctissimorum omnium facundissimo

principi castigandum dederoꝛ huius ille fiet laboris author: omnia enim nostra merito facimus: q̃bus ex nobis impartitur authoritas: & qui nõ subtiliter factum emendat: laudabilior est eo: q̃ primus inuenit. Iccirco in tantum uirum operis authorem maledici nunq̃ insurgẽt: hoc fuit & prudens sane consilium meũ. Mitto igitur ad te Hieronyme disertissime quid de mea Lydia: dum studio iuris incumberem Patauino gymnasio: quo leges ipsas i usum mitterem: utili motus argumẽto composui: ut qeqd musarum i causa est bonarumq; artium: ea uirtute: qua potissimum tangis sidera & quo genere plurimum polles: castigare non dedignens: suscipe quæso uir humanissime uultu ilari corrigẽdum opusculum semota aliquãtulum cura: & diligentia magistratus tui: q̃uis ea quotidie indigeat Rauẽna patria ad eam te prætore maximo exornandam: restaurãdamq; ad eã in quiete: cõmuniq; oium pace conseruandatu: ad sanctam in ea iustitiam æquam omnibus administrandam ad expellendos tuis uigiliis: puniẽdosq; flagitiosos: tu inq̃ iterũ suscipe uir humanissime Vrsino partu corrigẽdum opusculum: hoc enim emendatum Donata: quæ summa est: defẽdet authoritas: & quem ego in eo componendo titulum fueram nactus: tu illum in corrigẽdo tuis laboribus: lucubrationibusq;: quibus haud leuibus indiget: fereris acquisiuisse. Tacebunt itaq;

mordaces tum grauissimo tuo nomine: cum ipse dicaris author: tum etiam culta ipsius emendatione: Idem esset si forte hunc libellum: quod nõ credo. exopto tamen: iudicio comprobares tuo: quorum alterum tutius ut facias: te iterum atq; iterũ rogo. Vale: & me ama.

¶LYDII CATTI RAVENNATIS DE LYDIA: DEQ VE ORDINE IVDICIARIO FINIS.

¶ HIERONYMO TRIVISANO BALdasaris. F. Patritio Mado Veneto Caesarei. pontificiiq; iuris interpreti excellẽtissimo: diui Thomae Burgundiorũ Antistiti pi̇ẽtissimo. S.D.

¶ At Q uis dicat: lege primordia.


EGALEM Mõ cui nouã sororẽ
Innatam Patau: scholis docentus
Donabo? Tibi: qui mei ferentus
Istam non aliis facis minorem.
Virtus & petit hunc meũ calorẽ
Stat quae bina tibi: prior canentis
Raras Pierides: secunda mentis
Ad iuris decus: & suum uigorem.
Versus hac poteris priore uatis
Emendare. uides meam camenam
Non plus Palladiis meare pratis.
N odos Caesaris altera: atq; plenam
Artem legibus annotare latis:
Sed sane illepidam: rudemq; auenam.

ORATIO.


Rbem Antenoreã regitis q̃ maxla legũ
Lumina: uel Venetae clarissima glia sedis
Pria tenes triuisana dom⁹ baduera scdo
Sceptra loco: insignes ambo probitate: micãti
Prole pares: gentis Moderator uterq; togatae.
Caesaris alter habes Veronae montis origo

Alter Aristotelis uexilla profectus ab oris
Illyricis: Vos & quibus est ad mœnia Romæ
Ire animus: sanctæ quos sedis cura fatigat:
Magnanime o q̃stor: Vos plurima sidera iuris:
Tu studiis addicta cohors: quis nobile pectus
Omnibus est Ciues: iuuenili & corpore Turba.
Maximus orator: lippus quem ad rhetora misit
A carbone pater: populo cum dicere coram
Ille semel cuperet: fertur cecidisse timenti
Pectore: sic pauido fuerat quoq; Tullius ore.
Angelus at Vadius patauí cum sumus in urbe
Se daret orantem: sic tantum dixit: ubi sim
Nescio: labra pudor pressit: soluitq; rubore.
Haud aliter nobis hac tempestate ueniret:
Cum Lugdunensem tanq̃ facturus ad aram
Ad tantos sim uerba uiros: tantũq; mouere
Rem deceat: si non placidas præstare putassem
Vos aures mentem & mites adhibere benignã.
Qua re uela meæ classis tendantur in ipsos
Plenas suos portus uobis: & uiribus altis
Ingenium uobis ualeat: nullusq; recurrat
Ima per ossa tremor: rem nostram talibus audax
Incipiam: Cum multa patres sanctissima nobis
Iam dederit natura parens mortalibus ipsis
Legibus esse reor nihil excellentius: urbes
His sine non starent: nulla & prouintia: nullum
Regnum etiam: forsan Venetos sine legibus esse
Tot rerum dominos dicas: iustissima iura
Sunt Venetis: leges & Cæsaris esse fateri

His decet:aſpicias ut Cæſar quiſquis habetur:
Melchior eſt teſtis noſter Triuiſana propago:
Et Baduera domus teſtis:nũ Cæſar uterq;
Dicitur:hic Paulus:nõ ne hic Marcellus:& ille
Papinianus adeſt:ambo urbis mœnia noſtræ
Iuſtitia:& pietate regunt:ſi impreſſeris ergo
Ius Venetum:nihil eſt quærat ut diſferre:legetur
Vt noſtrum:tanta:rectum probitatis & æqui:
Niligitur magni inuenies:mortalia corda
Quod ualeat placare opibus mala pectora diris
Crudeli turbata odio.concordia ſæuos
Quo ſimul & ſedare uiros:pacemq; reducat:
Corrigat aut mores,uirtutes deniq; cunctas
Edoceat.partes monſtret ſeruarier omnis
Iuſtitiæ:& iubeat miſeros tueatur & ipſos:
Et quondam nuptæ:pueriq; parentibus orbi
Defenſi a rebus-multis rapientibus illas:
Iudicio portent herbam:qua uita regatur.
Quid mouet illuſtres dominos in fœdera:qd ue
Seditione feros reges in bella ruentis
Mulcet: pacifera & placidos componit oliua:
Hoc ſolæ faciunt leges:hoc legibus extat
Imperium:recti nihil eſt ſine legibus orbe:
Diſcite iuſtitiam:diuinaq; diſcite iura:
Hisn anq; ommiſſis ſunt urbibus undiq; prædæ:
Nilq; ſui mortalis habet:latronibus illud
Commune eſt:tuto nequit & requieſcere lecto.
Lege gubernari q̃ pulchrum:ac uiuere lege:
Quid:niſi libertus ſunt leges:omnia uiuunt

Legibus:& solis urbs est in legibus ipsa:
Q ua sin̄ lege uelut pecudes male uiuim9 & q̄
Oē hebetat sine mēte cap̄ : mihi credite pr̄es.
His toto studiis accensus pectore Cattus
Si tali ornatus fierem uirtute.putaui
Egregiam laudem modico contentus & uno.
Ergo quid exigui decoris percepimus istis
Tēporibus ueniens populo spectandus ab ol
Huc ego:nō feci ne te pia turba lateret:
Sed magis ut discam quid pluris : prōptior eē
Lingua queat:nr̄os imitarer & ipse sodales:
Q ui legū semper faciunt certamina docti.
Parcite uos igitur si non describere laudes
Progredior:aures nec nostræ dicere possent
Tantum ēt currus non si magis altus Apollo
Ipse regat:firmetq; datæ duo tempora metæ.
Adde q; & uereor parua ut mea copia fandi
Diminuat:sūmos tātarū aut perdat honores:
Ergo sinā ad legem referens mea carmia pr̄es
Q uæ repetēda mihi ē:& finem talibus addo.
Nauita iā surge ac properās i feruida classem
Aequora tende tuam.transtris considite: uela
Soluite uosq; ciui.iam festinare periclum
Est opus:& ruere:ac placido decedere portu.
Iam decet in tumidum:quod leges dr̄ : æquor
Rumpere:uentorū rex & maris optime cāstos
Supplicibus palmis oro componite fluctus.

SOLEMNIS AC FAMOSISSIMAE LEGIS EDITA CODICE DE EDENDO REPETITIO.



ST REPETENDI ANIMVS
famosam carmine legem
Editaq́ fama non minor ipsa sua est.
Codice de edendo libro descripta
secundo
Hæc iacet: & toto est utilis una foro.
H anc ego de prisco legalis more caterua
Sequabo tales nunc repetendo modos.
R ubricā imprimis breuibus: breuis exigit hora: Lectōis argumentū.
Ad præcedentes continuabo meam
L ex erit inq; suas partes diuisa secundo:
Summandi fiet tertia cura mihi.
H ic etiam casum ponam: textusq; legetur:
Nonnulla in quarto dicta notanda feram.
Q uinto res magna est: cum glosis tota manebit
Materia articulis enucleanda suis.
O pponam: & soluam: simul & cōclusio nostra
Omnis erit tali non reticenda loco.
A t sexto cunctis cupient qui dicere contra
Responsum exiguis uiribus ipse dabo.
Postremo grates: manus quibus esse uidetur
Nil mihi: cum toto pectore totum agam.
Sed quia principio debemus semper in omni
Deuoto nomen corde uocare dei. In oī pricipio diuinū nomē ē inuocandū.
H oc de Questore & de Armis autētica bina

Dicunt:amborum littera prima probat.
Sic referam:& nostris tali cum carmine coeptis
Pauca dabo:nobis haec modo uerba sonent.

Inuocatio. Omnipotens timide tendentis in aequora classis
Alta meae in portus dirige uela suos.
Exte spem ducens rem laeto pectore nostram
Incipio:nobis quae prius aequor erat.

An sint necessariae libroru aut legu continuatiões. Ad primum rediens non hic tractare putaui
An sit:q. libri continuentur:opus.
Et lex ad legem:nõ hoc data tempora poscunt;
A re quae debent utiliore premi.
Tractatur ueteri Digesto in lege secunda.
Quo titulo est hominũ scriptus ubiq; status.

Rubricae diuisio. Quattuor in partes nostra haec rubrica iacebit
Diuisa:ut prima continuetur inest.
Ponuntur species edendi in parte secunda:
Tertia:de edendo quid petat istud:habet.
Quarta duo quaerit:se mittit & ipsa:secunda

Partiũ rubricae assignatio. Est ibi:dum uerbum cernitur esse nota.
Tertia sed pars est:ibi dic de edendo:uidetur
Quarta ibi:dic quare:quaeq; legenda mõ est;
Nunc primam capio:quae glosa plenius ipsa
Talibus est a me continuanda modis.

Rubricae continuatio. In praecedenti tractauit plurima libro
De re diuina Maximus imperio.
Rubricis cuius:finis quibus ultimus extat:
Officia in uariis partibus ille notat.
Vtitur his seclum:non coeli turba:necesse
Sed quia habet iudex noscere iudicia.

Hæc tractaturus uoluit præmittere princeps
De edendo:tãq̃ præparet ista forum.
Tali continuant omnes hoc ordine:nãq; Præparatoria promitti debent.
Quod parat ad causam ponier ante decet.
Hoc probo Digestis de iuris Origine:lege
Prima:conueniunt plurima iura simul.
Defectiua quidem glosa hæc in parte secunda Cõtra glosam rubricæ oppõ.
Arguitur:iungi res quia quarta potest.
Scilicet actorum editio:quam ponit eodem
Infra post primam lex recitata prius.
Saluat Alexander:necnon Fulgosius isthic Oppositionis solutio.
Nam instrumentorum uocibus acta ferunt.
Textus Peruenit probat hoc de Testibus extra:
Doctorum hoc inquit multa cateruа loco.
Rubrica hæc quare:glosæ pars ultima quærit Glosæ rubricæ qõ.
Scripta gerundiuo nomine nostra fuit.
Plurima doctorũ sunt uerba:hoc dicito forte Solutio.
Vis nulla est:nulla cum ratione legas.
De satis est dando rubrica in Codice:& illam
Diuersam instituens Iustinianus habet.
Nunc mõ finita rubrica:& in ordine primo
Expleto:sit pars capta secunda mihi.
In tria dicta meam domini nũc diuido legem: Legis diuisio.
Sic Baldus:pariter sic Salicetus ait.
Ponitur effectus cum prima parte libelli
Dans tibi consilium Lydia pulchra reæ.
Et datur actori mutandi adducta secunda:
Atq; emendandi:si placet:arbitrium.
Tertia dicta prius pars limitat ista duobus

Stantibus: hæc infra lucidiora leges,

Partiũ assignatio. E tquam emendari sunt partis uerba secundæ:
Pars prout perpetui tertia habetur ibi.

Sũmariũ legis. H oc huius legis dicat sua summa: Libellum
Actoris clarum debet habere reus.
E t monstrare decet quicquid poscatur: & ipsa
Q uæ sit lis: causæ quæq; figura suæ.
E mendare potest: seu si quid suppleat actor:
Seu trahat: aut mutet quæ dedit ille prius.
S alua sit edicti mõ mens prætoris: & illa
Q uæ sit: carminibus talibus ipse lege.

Mẽtis edicti ꝑtoris declaratio V ult prætor teneat q; Lydia iura putandi
An cœdat: potius uel uelit esse rea.
P ræstet & expensas, quas: cũ mutauerit actor
Pars alia in primo limine passa fuit.
C onuenit hoc menti nam rectæ iudicis æquæ:
Hoc est quod legis uerba suprema petunt.
H ac ego sic casum mihi nunc in lege figuro
Insolitum rhythmi carmine dante sonum.

Casus in terminis.

Rhythm' latinus. M undi gloria lux & imperator
Q uæro Lydia: Lydius citare
Actor me faciens potest negare
Edat ne sua scripta litigator?
D e quo debeat esse nunciator
Productus liber? & uelit notare
Demus: possit an? ac simul notare
Hoc totum arbitrii sui, relator.
P rinceps sic ait: ut futura litis

Causa extet dubio procul remota
Debet lucidus hic libellus edi.
Mutari licet an prius petitis:
Si edictum monet aequitasq; nota:
Hoc est q; nequeas citata laedi.

¶ Primum notabile:

Hac ex lege nota dum ponitur edita textu
Actio: de iure hoc Caesaris esse loquor.
Actio porrecto fit q; ponenda libello:
Insit eo penitus causa notata licet.

Q[d] actio [d] iure ciuili sit in libello necessaria.

Doctorum tamen est cõmunis opinio contra:
De more hoc etiam seruat & omne forum.
Sufficit ut factum scriptis narrarier apte:
Et pateat uerbis actio nulla suis.

In cõtrariũ est cõis opinio: q sufficit factũ apte narrari.

Digestis titulo de edendo legeq; prima
Doctores omnes magna caterua notant.
Sic de iudiciis Dilecti textus habetur
Extra: legali est iureq; lucidior.
Et quia lucidior: debemus credere: iura
Legistae obseruant candida pontificum.
Si sunt obscurae leges intelligo: clara
Illaq; sic dubia mente relata tene.

Q[n] aliq[d] est dubiu [d] iure ciuili & clarũ de iur[e] canonico: stãdũ ẽ iuri canonico.

Vt de Operis textuq; noui est prio atq; secũdo
Scriptũ extra: & Cyn[us] hac edita lege refert.
Tuq; nota hic etiam q; terminus actio multis
In iure accipitur turba rogata modis.
Vis in lege autem datur hac largissima uerbo:
Actio nanq; hic est atq; libellus idem.
Sic Odofredus ait pulchre declarat & ista

Terminus actio multis modis capit[ur] in iure nostro.

Dum legit hũc textum maximus ille meum.

Cõtra pri mũ nota- bile illatiõ. E xquo inferre tibi possum quod scilicet illud
Q uod supra est: certe non bene forte notas.
A ctio si accipitur uelut hac in lege libellus:
Et sit idem. in cassum colligo dicta prius.
E t quia dicemus de tali multa libello
Esse puto primum dicere quid sit opus.

Cicero. H oc facit & Cicero: non ignoretur ut illud
De quo sint uariis uerba futura modis.

Libell⁹ qd sit. E st nisi clara igitur breuis & scriptura libellus
Q uo mentem actoris possit habere reus.

An si in li bello ca ẽ apte nar- rata: & ex primat a- ctio ie pta uidetur li bellus. D iximus & quoniam non ut ponatur oportet
Actio: cum causa conueniente petis.
H ic pone: occurrit dubium: narrata libello
Causa bene est: sed post actio inepta patet.
Q ueritur in totum uitietur an iste libellus
Sunt super articulum plurima uerba malum.
S ed tamen in paucis sensus cõmunior est ꝙ
Dicatur formam non uitiare suam.

Cõis opio ẽ ꝙ nõ ui- tietur. D igestis prima de edendo lege periti
Verum eẽ hoc Baldus: Bartholus atq; ferũt.

Conclusio prima. D efendenda tamen pars est contraria nobis
Ad me exercendum legibus istud ago.

Q d si in li bello cã ẽ apte nar- rata: & ex primat a- ctio ie pta uitiatur li bellus. Q uod si producto ponatur inepta libello
Actio: dicta apte causa sit ipsa licet.
H ic uitiatus erit penitus: ruet atq; libellus:
Nec poterit uires uanus habere suas.
H æc est digestis ternæ sententia glosæ
De edendo prima lege: notatur ubi.

S i mensor falsum Digestis legeq; prima
In parapho primo dicitur istud idem.
H ac ex lege nota legalis turba secundo
Dum speciem litis littera ponit sibi.
Q uod clarus debet sic traditus esse libellus
Vt sit iudicii nota figura reo.
Q uo sibi ut ille mō bene tūc deliberet: utrū
Cœdat: uel potius prælia litis agat.
T ertia res nobis est hac ex lege notanda
Q uod litem oblatus non facit esse liber.
H oc patet in textu dū sūt hæc uerba futuræ
Litis: lis nulla est sit licet ergo datus.
I n textu causas hoc dicit Bartholus infra
In titulo terno: tu modo uerba lege.
Q uarto ex lege nota dū profert littera uerbū
Emendari: etiam talia Balde tenes
Q uod scriptum actori licet emēdare libellū:
Addat: quam petiit: seu trahat ille rei.
B artholus hic istud glosa atq; intelligit ante
Q uam contestetur lis sua: Baldus idem.
H inc modo suscepta est cōclusio nr̄a secūda
Q ue partē aduersam cōtinet: ecce fero.
P ost contestatam emendatio facta libelli
Litem rem cū causa quā peto: nempe ualet.
Q uīto ex lege nota solet ut uariatio poni
Admitti: q; simul casibus innumeris.
D octori est igitur licitum qui fecerit una
Pro parte: aduersum condere consilium.
C odice de furtis finali lege notauit

Scdm notabile

Qd libell' actoris debet eē ita clarus ut reus quid petat intelligat: & ut possit delibare an uelit cœdere uel cōtēdere.

Tertium notabile.

Qd nō dr̄ eē lis: sit licet libellus oblatus.

Quartū notabile.

Qd actor pōt corrigere libellū suū: qd uerū intellige an litē contestatam.

Scda cōclusio.

Qd emēdatō libelli circa rē petitā pōt fieri et post litē cōtestatam.

Quintū notabile.

Qd uariatio admittit in iure nostro.

Licet doctori q cōsuluit pro una pte uariare

& mutare consilium.

Hoc Baldus: Sed cum dicit & in parapho,
Sed caueas sẽper tanq̃ tu doctor ab igni
Ne noceat famæ lingua proterua tuæ.

An & q̃n fit licita uariatio.

De qua materia quando mutatio debet
Admitti in multis dicitur esse locis.
Rerum ammotarum Digestis Bartholus ille
Legeq; de rebus dicta notanda refert.
Quærunt doctores Quid si conditio certi
Quæ non infamat scribitur una prius.
Et post mutatur: famosaq; ponitur: utrum
Hoc ualeat: q; non Barthole docte tenes.

Tertia cõclusio.

Istud idem dicunt omnes: conclusio nostra
Terna mea est: uerbis talibus ecce patet.

Q̃d si pri est intentata actio nõ famosa põt mutari & intentari famosa.

Non famosa prius si est actio scripta: mouetur a
Et famosa loco ponitur una suo.
Iam declaraui modo quodq; notabile: restat
Ut capiam glosas: turba benigna tace.
Ad glosam uenio magnam: me explere finatis
Pauca quidem: breuibus credite cuncta feri
Non uulus postq̃: pateat conclusio nostra
In medium: sunt tres: sic artista prior.

Prima conclusio.

Expressa actio si fuit libello
Non apte: licet ipsa causa facti
Narretur bene corruit libellus.

¶ Secunda conclusio.

Emendatio si fuit libelli:
Postq̃ lis manet incohata: facta
Circa rem: teneo ut ualet: peritam,

¶ Tertia conclusio.

Descripta prius actione quae non
Infamat: poterit loco remotae
Quae infamet penitus profecto poni.

¶ Magnifici domini rectoris cōtra primā conclusionem argumentum.

Te quia non uideo q̄ cōmendēris egentem
Se ostendit uirtus & tua magna patet.

Notoria cō mēdatiōne nō indigēt.

V t Digestorum quarti pulcherrima libri
Lex prima est: & ibi glosa notanda refert.
Quae concordantem bene textum l lege secūda
Dat libro decimo Codice Quando quibus.
Ordine quae prior est conclusio: dicere contra
V no conabor pauca relata modo.
Arguo sic igitur: Quotiens quid in actibus esse
Non debet: positum sit licet illud ibi.

Quotiens cunq; aliqd nō debet d necessitate poni in aliquo actu. si illud apponat & sepe te nō uitiat actum.

Et male: nō uitiat: quia tunc censetur inane
Nec nocet: hoc firmum regula iuris habet.
Digestis prima de edendo lege fatentur
Doctores multi: legeq; Gallus idem.
Non titulum allego: lex est uulgarior omni:
Sed parapho primo cuncta notata ferunt.
Digestis Vinum Si certum lege petatur
Campegius dixit Caesaris altus honos.
V nica lex probat hoc in quinto Codice libro
In quo rubrica est tertia dena loco.

Inductiō l. i. C de rei uxo. actio.

De reddenda opus est ubi non stipulatio dote:
Non uitiat: tamen haec si male facta fuit.
Sic mo: porrecto sit ut actio dicta libello

De necessitate nō est ut i libello ponatur actio.

L

Non decet:ut textus dicitur esse bonus.
Hic de iudiciis Dilecti scribitur extra:
Ergo ualet:quis hæc sit inepta: liber.
His ego contentor paucis:quo tempus habere
Possint:qui contra dicere plura uolunt.

¶ Reassumptio argumenti.

Arguit insignis legum moderator:& idem
Pontificum:contra quod prius ordo tenet.
Arguit & medio:si recte accepimus:uno
Sic referam breuibus cuncta relata sonis.
Vis argumenti tota est ea regula:lege
Prima de edendo quam schola tota notat.
Hæc est Digestis:aliquo quid scilicet actu
Cum ponunt:& nō ponier extet opus.
Non uitiat:q̄uis male sit:cōclusio prima
Sic habet:& uerbum:quod uacat:ista tenet.
Quod uacet:allegat Dilecti nomine textum
Est de iudiciis:iure q; Pontificum.
Exprimit hic textus clarus:q; nulla libello:
Actio describi debeat:ergo male.
Motiuum fuit hoc licet excellennus ipsum
Adductum:q̄ sint uerba relata mihi.
Non obstante tamen puto q; cōclusio possit
Hæc mea defendi:iuris & esse reor.

¶ SOLVTIO.

Hoc cape responsum rector:tua regula nobis
Nil obstat:tanti quæ mō facta tibi est.
Ad tollen. Nanq; ad tollendam hanc instantia sufficit una

Decreti textus lucidus istud ait.
Incipit hic Sicut prima quo qō prima est:
Nunc modo sic contra talibus insto modis.
Nam certū ē: in se utteneat sententia causam
Non decet: & stultus dicitur esse ferens.
Post primā glosa est de infamibus ordine lege
Digestis: quarto quæ iacet in parapho.

dā regulas sufficit dari solam an stantiam. Fatuus ē iudex q̄ cam exprimit I sententia.

Hæc glosa in uerbo cur miles cernitur esse:
Si tamen addatur: nec bene: causa ruit.
Cum super est textus: qui phœbo clarior alto
De delegati scribitur officio.

Si i snia cā expmat & male: uitiat snia.

Præterea testis de tempore uerba tenetur
Nō facere: hoc tempus ui nisi causa petat.
Cum cām est textus pulcher de testibus extra
Hoc ibi doctores: hoc ibi glosa ferunt.

Testis nō te[n]et depōere de tepe nisi q̄n ē de substantia.

Si tamen hic testis de tempore dixit inepto:
Omne ruit dictum lege uolente suum.
Prædicto textu Cum cām Antonius inquit
Butrius, hæc eadem plurima iura uolunt.

Si testis de pōit d tpe, & repetat: uitiat eius dictum.

Pro me ēt facit illa nimis pulcherrima glosa
Vnica quæ in toto corpore iuris adest.
Sic diffamari lege est sententia Baldi
Codice de ingenuis: prima colūna refert.
Hāc glosam lex pinde tenet quā cerne secūdā:
Ad legem titulus dicitur Acquiliam.
In qua stat cautum si procedat̄ in una
Causa: quæ facta est ordine iudicii.
Natura & strepitu fuerit sūmaria nullo:
Si solemne actum sit minus: illa perit.

Si i aliq cā pcedat ordinarie: q debeat agi Sumarie & min⁹ solēnter agatur uitiat pcessus.

Denicq; non obstat lex unica Codice quinto
Libro: quo decimus tertius est titulus.
In quo doctores se fundant: Angelus inquit
Quod magis aduersum lex probat illa sonū.
Nanq; ibi suppletur: si non est: actio ficta:
Ponitur hæc ideo si minus apta: uacat.
Hæc uacat: & remanet ficta actio: ficta libello
Nulla subest: ergo si fit inepta: ruit.
Et satis hæc fecisse tibi per carmina rector
Vt ualet ingenii uis mea parua puto.

Bartholamei Triuisani: patritii optimi Veneti: Canonici Patauini dignissimi contra secundam conclusionem Argumentum.

Catte secunda patet tua quæ conclusio contra
Instabo: ac breuibus pauca mouebo sonis.
Actor & ut nequeat litem emendare libellum
Post contestatam talia uerba fero.
Argumētū a suff ciēti ptium enumeratione ualidū ē i iure
Recte argumentum numeratis partibus omni
Iure ualet: Cæsar Pontificesq; probant:
Lex Pre Digestis De his qui sunt colligit istud:
Textus Dilecto traditur esse bonus.
Hic de Præbendis extra est: conclusio nullo
Quod tua stet casu: sic probo Catte tibi.
Aut cupis immui rem: quā prius ipse petebas
Actor: glosa refert ut tua principio.
Vt si poscebas cot totum: Lydia reddat
Dimidium tantum nunc mō Catte petas.
Et potes hoc post q̄ lis contestata manebit:
Num contra legem dicitur esse tuam?

S cilicet ex scripto nunq̃ rea certa libello
Lydia: cõtendat seu mage cedat erit.
A ut cupis addendo cor forte augere: petitum
V t totum nunc sit: pars mõ cuius erat.
E t facere hoc posses dum cõtestatio litis
Est facta: absurdum legibus istud habe.
N am super hac parte adiuncta sñia fiet
Lis cõtestata est qua super ipsa nihil:
Q uod cõtra legis Prolatam. Codice de sen.
Glosam esse: et litis qua datur ordo bonus.
E st ibi iudicio quicquid seruet̃. & illud
Si praeuertatur: protinus acta ruunt.
E rgo cum nullo possit cõclusio casu
Stare tua: hoc merito dicit̃: ergo male.

Sñia lata sup quo lis nõ e contestata ẽ ipso iure nulla.

¶ Reassumptio argumenti.

A rguit e lõgo Triuisano sanguine natus
Patritio: Venetae gloria magna rei.
A rguitis: legum qui splendor fert̃: & idem
Potificum: eloquio summus & ingenio.
A rguitis: cuius iam forti cardine Roma
Firma colet cana relligiõe deum.
A rguitis: tandem qui claues nomine Petri
Portabit sancta de Iouis ore manu.
A rguit & cõtra quod habet cõclusio nostra
Ordine quae fertur scripta secunda suo.
A tq; argumentum partes numerando peregit:
Illud & ex omni iure ualere probat.
D e his qui sunt legem Digestis: Patre notauit:

Dilecto textum dixit & esse bonum.
H ic de Præbendis rubrica scribitur extra:
Post tulit in tales sic sua uerba modos.
D etrahere aut quando est lis cõtestata libellum
Emendans cordi tu cupis ipse tuo.
V t si dimidium nunc poscis: & ante petisti
Cor totum: in causa plura nec esse feras.
E t nunc si potes hoc: nũ contra: Catte negabis?
Q uam repetis legem sĩt ea dicta tuam?
D ic rogo reddetur rea Lydia certa libello?
Siue uelit liti cedere: siue neget.
V t lex ista petit tua quam prædiximus: extat
Q uæ phœbo tali clarior una sono.
A ut uis prædicto q cor in tempore crescat
Nunc totum ut poscas: dimidiũq prius.
F are age si hoc posses: super hac snia parte
Num nulla est? ipso iure profecto ruit.
H ac super: est rõ: quia contestatio litis
Non fuit: ut penitus glosa magistra iubet.
C odice quæ de Sen. Prolatam in lege notanda
Scribitur: a cunctis glosa probata uiris.
C um nullis igitur procedat casibus illa
Concludant ergo carmina nostra male.
E t q̃ retulerim quãuis ornatius illud
Motiuum hoc tanti uenit ab ore uiri.
S ed de iure tamen puto q conclusio nostra
Vera sit: atq obstent omnia dicta nihil.

SOLVTIO.

V t tibi responsum pateat doctissime iuris
Audi, nec ficto pectore uera neges.

N ancq; argumentum partes quo diuidis aptē
Procedit, sed si non bene: quippe ruit.
I n quarto nigri Digesti hanc cernito libro
Sic terno fert lex Filius in parapho.
S i titulum quæras, declaro: plurimus illo
Tractatur liber: Posthumus atq; loco.
S ic ego dico tuum q̄ non ualet: una relata
Stat male pars: & q̄ falsa sit illa: probo.
D ixisti minuens cor quandocunq; libellum
Actor si emendas ut tua uerba tenent.
C edat. uel potius contendat: certa feretur
Lydia: uult sicut lex tua Cattereast?
S ic tibi responsum trado: nam tempore quāq̄
Hoc actor scriptæ detrahit ipse rei.
E x quo aduersa potest pars nullū sumere dānū
Hic emendando cum uelit esse minus.
E t quia tollit agens partiq; renunciat illi
Qui ualet & totum perdere: textus adest.
L ex Postq̄ liti de Pactis Codice fertur
Hic esse: an talis certa sit insto nihil.
V el sic & breuibus respondeo: maxima firmat
Vt tua glosa: suus finis & istud habet.
Q uod rea tunc alio gaudebit tempore litis
Venturæ: ut causæ consulat illa suæ.
E t satis hoc factū credo tibi carmine: nodos
Te quis melius soluere posse putem.

Argumentōa sufficientī partiū enumeratiōe nō procedit nisi oēs partes sint recte enumeratae.

Actor & pars & totum lis renūtiare pōt.

¶ Ludouici Sceledæi Vicētini sectæ Aristotelicæ quōdā rectoris: nūc Cæsarei iuris scholastici acutissimi piissimiq; cōtra tertiā cōclōnē Argumētū

C ōtra quæ terna est cōclusio: Catte mouebor:
Et referam breuibus talia uerba modis.

Q n̄ mutatio n̄ p̄dest actori & nocet reo nō debet admitti.

M utanti quotiens nihil hæc mutatio prodest
Sed noceat penitus facta maligna reo.
A ctori nunq̄ iudex cōcedit: habetur
Regula nam tali pulchra relata sono.
Q uisq; sibi p̄desse pōt: si acceperit alter
Damnum ex hoc: p̄hibent omnia iura tamē.
I dem aiunt parapho Digestis legeq; prima
De pluuia arcenda scribitur istud Aqua.

Nemini licet i dānū alteri' mutare cōsilium.

C onsirmo: alterius iactura uertere nemo
Ex primo debet pectore cōsilium.
M utare est textus titulo quo regula iuris
Traditur in Sexto. multaq; turba tenet.
E rgo cum capiat mutato damna libello
Lydia: q; dicas nō bene Catte sero.

¶ Reassumptio argumenti.

R ector Aristotelis quōdam medicaq; caterua
Et summus studio doctor utroq; nitens.
P ontificum ac legum rector: doctorq; futurus
Scledæus cōtra sic Ludouicus ait.
Q uando mutat agens: hoc nec cōducat agenti
Sed præstet potius maxima damna reo.
I udicio nunq̄ cōceditur: ordine lex est
Prima: idem parapho scribitur: addo locum.
D e pluuia arcenda Digestis: firmat & istud
Mutare ex textu: Regula iuris ubi est.
P onitur in sexto talis rubrica: negatur
Q uo iure ut noceat uertere cōsilium.

Ergo damna reo mutatio facta libelli
Cum tribuat: q̄ nō hæc ualet iste refert.
Dixit idem effectu: sed multo pulchrius: obstet
Vt nō: sint uerbis pauca relata meis.

¶ SOLVTIO.

Accipe respōsum breuibus: rectoribus istis
Ne mora sim lōga garrulitate loquax.
Humanos q̄uis & carmina nostra libenti
Audire & placida cernimus aure uiros.
Dico igitur fieri ualet ut mutatio talis:
Et probo q̄ possit sic Ludouice tibi.
Actor cum causæ: litiq; renunciat omni
Omnia nū pereunt illius acta: refert?
In textu post q̄ doctorum tota caterua
Vna de Pactis Codice mente ferunt.
Ergo si fiat noua post instantia: nō est
Quod noceat: q̄uis actio turpis erat.
Non obstabit agens uoluit q̄a linquere: primū
Iudicium: hæc alio ponitur: ergo bene.
Linquere q̄ possit, tali ratione probatur
Est cōmissa omni res sua nanq; uiro.
Sic de iudeis bona lex Nemo exterus inquit
Codice: sunt simili talia uerba sono.
Atq; rei propriæ moderator & arbiter extat
Quisq; sit hoc pulcher textus apertus hēt.
In re mandata Mandati Codice fertur
Hic esse: & legis sunt ea uerba bonæ.
Ergo cum sua sit propria & dicatur agentis
Actio; nū talem perdere posse putas?

Renūciata istāti a oia illi⁹ acta pereunt.

Vnicuiq; res sua cōmissa est. Res suæ q̄sq; e moderator & arbiter.

Actus per quem lites amputatas favorabilis est.

A ctus praeterea per quem lis mota manebit
Il e est: cui penitus Caesaris ora favent.
H oc de iudicus Properandum in lege notatur
Codice: principio lex probat illa suo.
I uraq; non obstant contraria: regula soluit
Haec quia: quae tali traditur ecce modo.

Qui suo iure utitur nemini facit iniuriam.

S i tu iure tuo: fit per te iniuria nulli:
V teris: hoc nobis lex bene clara notat.
S ic tibi textus ait decimus qui tertius extat
In parapho primo: uerbaq; finis habet.
H unc de Famosis retinet rubrica libellis
Digestis: ergo sunt tua dicta male.
E t puto q; tibi sit factum satis optime legum
Interpres: lumen: gloria: fama: decus.

¶ Petrus Bidellus.

S unt ne alii o domini cupiát q carmine cötra
Arguere: ad grates tu modo Catte ueni.

¶ Gratiarum actiones: & primo Magnif. co domino praetori.

Q ui potes recto superare Brutum:
Et Numam cana probitate solus:
Q ui decus sceptri Veneti beatam
Hanc regis urbem.
M elchior quantas Triuisina proles
Vere dat frondes nemu in uirenti:
Nos tuo aduentu decorante tantas
Accipe grates.

¶ PRAEFECTO.

S ceptri gloria Baducra proles

Lux alta & Veneti Sebastiane
Cultor iustitiae: nimisq; amator
Virtutis: Patauiq; ouantis urbis
Praefecte: aequore quot iacent harenae:
Coelo sidera: quot uolant uolucres
Per magnum aethera: tot tibi putato
Me tanto officio dedisse grates.

¶ Rectori legistarum.

V eronae splendor: rectorq; insignis utroq;
Iure nitensq; decus.
M ons genti de monte tuae qui summus & idem
Alter olimpus ades.
V oluisti studiis quot chartas maxime legum
Nocte dieq; tuis.
T ot tibi qui toto referam quoq; tempore grates
Pectore conde precor.

¶ Rectori artistarum.

S ectam qui regis inclitam
Caussarum dominam omnium:
Diuarumq; Aganippidum
Lux ingens: eques aureus:
Q uot Phoebo dederis deo
V ersus innumeris modis:
Tot grates tibi maximas
Istis uersiculis fero.

¶ PRAESVLIBVS.

V obis praesulibus sancta quibus olbus urbe
Roma sedes magna paratur.
A equora quot pisces: quot condit faemina tellus:

Misit aquas quot Iuppiter illis.
Quot formas Pyrrhæ saxa & traxere mariti:
Quot natæ ex factisq; fuere.
Præsenti innumeras tot grates carmine reddo:
Et referam dum uita superstit.

❡ QVESTORI.

O sedis Venetæ maxima gloria
Et Quæstor Pataui nobilis æreas
Quot formas numero iam tua dextera
Exegit: cupio tot fore faucibus
Linguas: quis ualeam nunc tibi gratias
Et tantas agere: ut multa pecunia
Cœdat: sed quoniam nō queo: pectora
Tantis officiis hæc mea suscipe.

❡ Collegii doctorum priori.

Tibi prior doctorum & omnis excellens
Iuris: qui es alter nunc in orbe Marcellus:
Et Vlpianus: Paulus &: potes nunq̄
Auro botus corrumpi ad omnium causas:
Voluent sorores dum deæ meum stamen
Pro munere hoc tantum benigno & aduentu
Referre quas possum quidem: fero grates:
At Iuppiter det quas referre nō possum.

❡ DOCTORIBVS.

Doctores estis qui gloria iuris utriusq;
In orbe toto maximumq; lumen.
Quos neq; amicitiæ: nec opū manus ipedire pōt
Vt nō suum sit cuilibet petenti.
Quot leges hac sede unq̄ docuit legens caterua

Legalis:& quot iura sunt ubiq;.

T ot refero innumeras uobis ego grãs profecto
Semperq; reddam Lydius Rauennas.

❡EQ VITIBVS.

Q uot imperator ille iura milites
Vobis dedit merentibus.
Q uot & soletis arroganter ensibus
Ictus in hostem mittere.
C astrensis affertis quot & lucri hectores
Vrbes ubi subuertitis.
T ot ego uobis gratias ago omnibus
Meo leui cum carmine.

❡SCHOLASTICIS.

A d te nunc socius descendo scholastica turba
Q uæ studii dulces linquis amore domos.
E xul quæ patria:quæ facta ex diuite pauper
Incurris uitæ mille pericla tuæ.
H eu crudæ fortis quis non miserebitur? exit
Hic quanta ex loculis ærea forma tuis.
Q uãta paras mũdo dare lumina:quotq; petenti
Iura dabis:grates tot schola docta cape.

❡TABVLARIIS.

V o · modo chartulares
Iudices:& quod meruistis capite ore nostro:
Scripta quot inter omnes.
P artium lites celebratis:morientium seu
Vltima iussa chartis.
T radutis fidi:& facitis publica quot rogati:
Lydius ipse grates

T ot fero uobis: referam uixero dũq; semper.

¶ CIVIBVS PRIVATIS.

O uoi che uostra uita in altro ardore
Senza studio di legge: en uaria cura
Menati: I so che per gentil natura
Vi uedo esser qui sol per farmi honore.
Quanto forno dal mõdo a tutte lhore
E quante anchor seran per fin che dura
Al summo ciel: & a la porta oscura
Anime andate a linfernal signore.
Gargara quante frugi: & il gran foco
Quante scintille mai produsse doue
Fosse instigato al giorno mille uolte.
Tante gratie ui rendo in questo loco:
Ne mai seran da questa anima sciolte
Ne per forza di tempo: ne di Gioue.

¶ Lydii Catti Rauennatis. L. edita. C. de edeti. repetitionis.

FINIS.

¶ Lydius Cattus Rauēnas Nicolao Mocenico Francisci. F. Patritio Veneto Musarū: bonarūq; artiū eruditissimo: nobilissimorū oium humanissimo: & amicorū optimo. S. D.

ILLVM Carmina nr̄a Mocenicum
Doctū Nicoleon parente natum
Francisco Venetæ rei columna:
Inuentote precor piùm poetam:
Criniti Clari dei penates:
Et sacrum hospitium tuum Minerua:
Huic pro me domino prius salutem
Vestro dicite: sed suo fideli
Semper mancipio: rogate postq;
Vt qui pumice nō politus errat:
Thuris: uel piperis cucullus esse
Vix dignus: madida aut parare tegmen
Cordillis quoq; uenditis papirus:
Cui uel rancidulæ fuere totis
Semper temporibus nimis lucernæ:
Vngues & calamos seueriores
Horrenti absq; sale: atq; felle iuxta:
Transmissum legat hunc rudem libellum
Secretus sibi: plurium feratur
Ne in signum: manibus satis poetæ
Vnius satis atq; peruagatus.

¶ Ad Aurelium pro amicitia ineunda.

A ureli patriæ tuæ columna
Tantum Cæsar aue suo magistro
Doctus dicere Psittacus solebat.

Hoc tantum quoq; Coruus: imperator
Salue: non alio expeditus ore.
Isto nos: uereor: pares notabunt
Sermone: ut ueteres aues: poetæ:
Nostrum & fabula per manus uolabit:
Priscatum ut uolucrum uolat: frequentes:
Si fictas nisi prosequamur artes:
Vel si: ut fecimus: exprimente lingua
Vix uoces. ferat alter: isq; rarus.
Tantum & frigidus obuio salutem
Proh q̄ ridiculum rogata turba:
Qua re: si sapimus: rogato magna
A Catto omnibus in tuis parato:
Et te Pirithoum micante uultu
Ad Ditis loca. si foret necesse:
Mecum iussero iam uenire Theseus.
Hos tu perpetuos putare amicos
Hos tu uel Pilades: uel hos Horestes
Nisos: Eurialosq;: Scipiones
Fido pectore Lælios ualebis.
Non quotum leue nomen aut uocatur:
Aut nulla. ut solet: ambulatione
Ignotum est penitus sonante salue.
Isti: credito. cum sua salute
Quam primum tenues fluunt in euros:
Ergo ne rude uulgus imperitum
Malimus fore q̄ beata turba
Semper corpora uita dum manebit:
Dicamur duo. solus & creatus

Conchæ spiritus instar & gemellæ.
Aureli patriæ tuæ columna.

¶ Ad Nigellum Vatem.

C ensen Cathelinam uererer
Accusans facinus malum Cethegum
Terdeno posito simulq; nono
In uersu Ad faciem tuo incohante
Bis terni pedis & seueriore
Charta perdere sillabam studerem
Totis unguibus o Nigelle primam.
At tu ni nemus omne iam recuses
Sæpe ac sæpius esse pernotatus
Sic tota digito ualebis urbe
Hic est Chenlus: & malus poeta.
Ignoscas rogo si tulere chiam
Ad te carmina nostra: iam recedunt
Laruam modo: tempus est edendi.

¶ Ad pium Phasellum.

C atti spiritus ipse cum reuiset:
Priscæ corpore reddito parenti
Vano sarcophago fero sepulto
Lethœas: stygia procul relicta:
Ripas. & bibat omnium profecto
Rerum obliuia: tum dolens ualebit
Non ante: officium tuum bibisse.
Et tunc immemor huius est necesse
Quo fiam: ingenii sed arte nunq;
Nam si carminibus meis superstes
Iam quicq; exigui dabit uetustas

Famæ:sit tenuis licet:Thalia
Vatis post cineres sui canetur
Vnq̄ nostra ubicũq;:Tum Phaselle
Humanus:placidus:pius: benignus
Atq; huius bene creditor perennis
Tu cantari animæ ualebis unus.
Me nosse & poterunt tui minores
Siue umbra elisio beata læter:
Atris seu crucier locis malorum:
Semper perpetuum esse debitorem.

¶ Ad Venerium Salium Fauentinum.

Donauit modo cum tribus quaternos
Flaui carminibus pedes:Apollo:
Tantæ iuppiter æmulationes
Rupere ilia Salii poetæ:
Omnes anxius:ut puto:sorores
Orarit:queat ut sibi licere:
Postq̄ Flauius addidisse fertur:
Vnum demere uersui bacillum.
Concessum dedit & suo sodali
Catto cum pedibus poeta quinq;.
Subtraxit calamus tamen canenti
Verbum quod fuerat libellus inquit.
Hoc si sic(ut ais)sint Veneri
Aduersus calamum actione furti
Tu uates age:credeq; obtinebis.
Donarint tibi seu deæ priores:
Seu furis fuerit magis maligni
Causa:seu exametrum uolens sonare:

Non uerum endecasillabum sonaris:
Sali tu tamen es bonus poeta.

❡ AD EVNDEM VENERIVM.

Necata fuit Lucia pulcherrima
Puella noctu dormiens
Manibus funeq; coniugis impū
Reuersa statim a cytharis
Mineruæ quicquid est hoc formæ seculo
Suum decorem lugeat.
Supremum esto quod dixit natura hodie
Tulit soror ad inferos.
Epithaphia multa dedi mortuæ
Dolorem in casu & gemitum.
Bona non quidem mea: nec ullo sale:
Poeta nec quæ plurimus.
Amore rudi nos enim ipsa silens
Quietos tenuit Venus.
Iners nūq̃ & caput extulit inguinis
Se in huius lucidum femur.
At ille tamen poeta Venerius
Sua ingenti & graui lyra.
Dedit: aut dat ista: uel quos dabit dies
Poetarumq; maximus.
Amator: nec non fututor assiduus
Frequenti morbo pallidus.
Repente: qua ualet sonoram capiens
Chelim: cantauit grandia
Puellæq; ueram credens imaginem:
Recepit uiuam: pingere.

E t hanc:quam Parca traxit ad Ditis loca:
Nec ipse est furatus color.
T ibi non sit hæc uxor Plutonis'comes
Tuum ecce subfugit latus.
P oeta Luciam carmine loquitur
Et alto:ut erat solitus.
P oeta Luciam figura amplectitur:
Die noctuq; facile.

¶ Epithaphium Luciæ puellæ.

H ei mi:Lætheo se spiritus omne lauabat:
Liquerat & placido corpora fessa thoro:
E cce ferus clausa redeunti fauce maritus
Seiunctis nullo tramite dixit abi.
E uolat ad superos mox ille:& reddidit ossa
Hoc matri antiquæ debita sarcophago.

¶ AD PROPERTIVM.

D um nostras Tetricæ deæ sorores
Truncari statuent cholos:Properti
Romani fore temporis memento
Artes instruat ut suas magister
Cantare:& uolucres auere:Chere
Cæsar:non ego cogar edocere
Est quicquid uolucrum laboriosum
Nam semper tibi Psittacus palato
Et lingua fuero mete Mineruæ.
Q ui quondam tibi Cæsar:& magister
Q uantum 'ebuit ille pro tributis:
Tantum debitor esse pro fauore
Dicetur tibi Lydius Rauennas.

¶ Ad Augustinum Leonardum Rauennatem.

Lunardæ decus & columna gentis
Priscæ gloria fidus & Rauennæ
Haud nempe dies fuere multi:
Quorum noctibus, hisq; iam trecentis
Illos: quos memini coquum paternæ
Plenis undiq; caseoq; multo
Pingui: lancibus omnibus culinæ.
Non quos assolet ista terra siccos
Et nullo penitus sapore tristes
Toto uel semel apparare in anno:
Pastillos: gula nostra somniauit
Edisse in media tua nitenti
Et tecum: atq; aderas Rodulphe: mensa:
Cum nostro simul assidente Niso:
Hic omnes sine felle: uel loquaci
Lingua: sed sine candida puella.
Qua re ne amplius aridæ repertæ
Multum fallere mane nos frequentent
Fauces: uestra anus: at polita serua:
Atq; ut sentio: fabulosa rectrix.
Iam nos efficiat rogo parumper
Pastillorum edere imminent cœna:
Scito sed tamen istud hoc parumper
Porcos ut fere pasceret quaternos.

¶ Ad Marcum aldegatum Mantuanum.

Tris nostrum dominus domi tenebat:
Et donat tibi nos duas priores
Tantæ credito liberalitatis

Illum non tamen extitisse Marce:
Vnam cortibus integram reseruat
Et nostri mediam uorare partem.
Tecum postulat imminente cœna.

¶ De interpretatione Catulliana a Parthenio Veronensi edita.

Desertum bene liquerat misellum
Hunc omnis sibi semi iam poetam.
At nunc Parthenii pia minerua
Pergratum fouet: hic bonus per orbem
Nam totum uolat integer Catullus:
Imis qui iacet ante erat medullis.
Gaude Lesbia: tuq; belle passer:
